



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

17 Episcopi vocantur in partem sollicitudinis Papae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

beneficiorum, de quibus arbitrio suo dispo-
nere potest, Abb. in cap magna, num. 17.
de vot. & vos redem. sed uti minister
Christi, cujus nomine ministrat, ut de-
claratur verbis Apostoli dicentis: Sic
nos existimet homo, ut ministros Christi,
& dispensatores ministeriorum Dei, prima
ad Corinth. cap. 4, & 2. ad eosdem cap 6,
& 2. ibi dispensatio enim nobis credita
est, 25, quest. 2. & Navarr. in tract.
17 de red. eccles. monit. 40, num. 11. † Et
vices suas ita imparatur aliis Ecclesiis,
ut Episcopi in partem sollicitudinis vo-
centur, non in plenitudinem potestatis,
cap. decreto, cap. qui se fuit, 2, quest. 6, &
cap. loquitur, §. Episcopatus, 21, quest. 1.
Ideo, cum omnia bona ecclesiastica, tam
ante, quam post divisionem, & tam no-
va, quam antiqua † si patrimonium 19
Christi, cap. cum secundum, de preben. Con-
cil. Tride. ut. in cap. 20, §. propterea que, ibi
tamquam Dei precipua, sess. 25. Redo. de
spol. eccles. qu. 9, nu. 5, 6, & 30. Sor. in lib.
de Instr. Sacer. tit. de bon. eccles. par: 2,
lect: 3. Azor. in §. obijciat quisquam, in fin.
cap. 2, lib. 5. plenèque Navarr. in dict.
tractat: de red. eccles. dict: quest: 1, monit.
40. ubi declarat contraria, & testatur,
hanc esse omnium Catholicorum opi-
nionem, & in tract: de spol. cleric: inquit,
d. opinionem esse certam, & de fide, in
§. 9, num. 4. licet videantur quandoq;
hæc bona ecclesiastica Deo oblata esse
Episcoporum, Prælatorum, & aliorum
beneficiorum: sunt tamen eorum, quo-
ad gubernium, & administrationem tan-
tùm, non autem, quoad dominium, ut
bene distinguit Innocen. in cap. cum su-
per, num. 3, & 3, de caus. poss. & propr. cap:
videntes, cap. precipimus, cap. expedit,

12, quest. 1. cap: quisquis Episcopus, 12,
quest. 2. Navar. d: tract: quest: 1, monit:
11, num: 2, & monit: 23, num: 1, & 2. & me-
liua monit: 40, num: 1. ubi post Innocent.
in d: cap cum super, Abb. in repet. cap. cum
esses, num: 23, de testam: & Dec. in cap:
constitutus, num: 25, & 26, de rescript:
distinguit, & concludit, quod jura, quæ
habent, bona ecclesiastica esse Christi,
vel Dei, intelligi debent, quoad verum,
& perfectum dominium, & illa, quæ in-
sinuant esse Ecclesiæ, Prælatorum, aut
beneficiorum, intelligenda fore, quo-
ad gubernium, vel illorum administra-
tionem, & in quibus habetur, esse pau-
perum, ecclesiarum, vel operum piorum,
intelligi, quoad eorum sustentationem,
non autem, quoad dominium.

Bona verò ecclesiastica, † quæ ultra
necessitatem beneficiati pauperibus, &
aliis in locis distribuere tenentur, sunt
non solum primitiæ, & fructus, qui per-
cipiuntur ex prædiis ecclesiasticis, sed &
decimæ cujuscunque qualitatis, ac pri-
mitiæ omnium fructuum, & reddituum
exterræ cultura provenientium, de qui-
bus in cap. tua nobis, cap. ex transmissa, &
cap. cum non sit, de decim. S. Thom. 2, 2,
quest. 87, & quolib: 2, art: 8. quæ lege
naturali, & divina pauperibus erogare
tenentur, & nulla contraria con-
suetudine excusari possunt, quæ contra legem
naturalem, & divinam non suffragatur,
cap: fin: de consuet. cap: qua contra, cap: ma-
la, cap: frustra, 8. dist. & Navarr: eod: tract:
monit: 24. quest: 1, num. 1.

Præterea etiam Canonici, qui præben-
dam habent divisam, quæ super sunt, pau-
peribus debent erogare, S. Bernardus
in Epist: 2. colum: penult: cap: penult, §. fin: 12,
quest: